



1702-1703.

1702-1703.

- 1^a et ₂ Coccejus, Henricus : De quaerantibus pacis.
2. Coccejus, Henricus : De officio et jure mediatorum pacis.
- 3^a et ₂ Coccejus, Samuel : De regimine usurpatoris regis ejecto. 2 Exempl.
4. Rhodius, Marcus : De jure pauperum. Vulgo Von Armen. Recht.
5. Schalk. Szulecki, Franciscus : De nocentibus et innocens editione.
6. Schalk. Szulecki, Franciscus : De jure legibus mitiore vel duriore

1703.

- 1^a et ₂ c. Coccejus, Henricus : De assignationibus.
3 Exempl. 1703 & 1744.
2. Coccejus, Henricus : De parta regis incerta.

1703.

3^{a. b. c.}

- 2 Coccejus, Samuel : De regali potestate jure .
4. Rhodius, Michael : De incestu contra naturam
5. Sturm, Leonh. Christoph : De molendinis . .

DISPUTATIO PUBLICA

GUARANTIA PACIS

Dei. Magni. Archiep. S. S. S. S.

FRANCO

DN. HENRICHUS

FRANCO

FRANCO

FRANCO

FRANCO

FRANCO

FRANCO

FRANCO

FRANCO

FRANCO

FRANCO

FRANCO

FRANCO



705.

1844.

- 1. Coccys, Baumt.: Vogelarten aus
- 2. Rindern, Gebiet: K. in der Gegend von
- 3. Stein, Land. Oberh. : K. in der Gegend von



7890
DISPUTATIO JURIS GENTIUM PUBLICI XVIII.

DE
GUARANTIA
PACIS, 1702/16

Quam

Divini Numinis Auspicio,

PRÆSIDE

DN. HENRICO COCCEJO,

JURECONSULTO FAMIGERATISSIMO
AUGUST. ET POTENTISS. REGIS IN BORUSSIA ET
ELECTORIS BRANDENBURG. CONSILIARIO, EIDEMQUE
AB AULÆ REGIÆ CONSIL. FACULT. JURID. ORDIN.
PROFESS. PRIMARIO CELEBERRIMO,
h. t. UNIVERSITATIS RECTORE MAGNIFICO

ANTEA

SUMMI CONSILII STATUS ELECTORALIS PALATINI ET
COLLEGII REVISORII ASSESSORE, IN ALMA HEIDELBERGENSI DECRETAL.
PANDECT. ET JURIS GENT. PROF. PUBL. ORDIN. MERITISSIMO

*Dn. Patrono & Studiorum suorum Promotore omni
Observantia æternum devenerando,*

Publicæ Eruditorum ventilationi submittit.

In Auditorio Jctorum,
AUTOR ET RESPONDENS
DANIEL de STEPHANI,

Eques Marchicus.

Ad Diem IV. Februar. Anno MDCCII.

FRANCOFURTI ad VIADRUM, 1703.

AUGUSTISSIMO
SERENISSIMO atque *POTENTISSIMO*
PRINCIPI AC DOMINO,
DOMINO
FRIDERICO
PRUSSORUM REGI,
MARCHIONI - BRANDENBURGICO,
SACR. ROM. IMP. ARCHI-CAMERARIO,
ET PRINCIPI ELECTORI,
MAGDEBURGI, CLIVIÆ, JULIÆ, MONTIUM,
STETINI, POMERANORUM, CASSUBIORUM,
VANDALORUM, ITEM IN SILESIA CROSNE
D U C I
BURGGRAFIO NORIMBERGENSI,
PRINCIPI HALBERSTADII, MINDÆ, & CAMINI,
COMITI IN HOHENZOLLERN, MARCÆ, ET
RAVENSBERGÆ,
DOMINO IN RAVENSTEIN, ET TERRARUM LAUEN-
BURG. ET BUTOV.
&c. &c. &c.
REGI & DOMINO MEO
CLEMENTISSIMO, MUNIFICENTISSIMO.

AUGUSTE atq̃ POTEN-
TISSIME

REX,

DOMINE CLEMENTISSIME.



Iⁿter devotissi-
ma gratulationum
officia & votorum
solennia, quibus tot
populi anniversaria
vice ingressum Re-
gni Tui, Diem scilicet 18. Januarii, nuper-
) 2 rime

VOTO (O) VOTO
rime celebrarunt, quem felicem, fau-
stum, fortunatumque esse jubent, Im-
perator, Reges, Electores, Principes,
qui inconcusam Invictissimæ Domus
Tuæ felicitatem faventissimo affectu
prosequuntur, eamque mente animis-
que percipiunt: inter tot Civium ac
Subditorum gaudia & lætitiā: inter
ipsa propemodum fumantia adhuc læ-
tissimi Diei sacra, & ego Tuis advol-
vi audeo pedibus, fastasque & ipse ac-
clamations ad festivæ hujus memoriæ
celebritatem, multis quidem atate at-
que gravitate inferior, at nulli in Regem
meum omnium Clementissimum, fide,
cultu, obsequiis secundus, afferro. Da-
bis veniam Rex Auguste, fidentiam meam,
quod Regia Tua clementissima fretus,
non ornatissimo atque exquisito verbo-
rum



rum apparatu instructus procidam, ve-
rum his qualiumcunque Academico-
rum profectuum primitiis, & submis-
sionis humillimæ atque devotæ Pietatis
erga Te argumentis, gratulandi mate-
riam quæram. Offero igitur Majesta-
ti Tuæ quam humillime has chartas,
exiles quidem, sed certissimi obsequii
tesseram referentes. Ostendunt illæ te-
neros quidem flores, maturos autem
cum annis dabunt fructus, si regali
gratia Tua, qua semper familiam no-
stram fovisti, & adhuc foves, sufful-
tum me intellexero. Servet Te, REX
AUGUSTE, Numen benignissimum
cum AUGUSTA CONJUGE,
& SERENISSIMA REGIA PROLE,
in Ecclesiæ incrementum, securitatem
imperii, Temporum felicitatem, ac sub-
dito-



ditōrum Tuorum emolumentum; inter
quos & ipse permaneo,

AUGUSTE atque POTENTISSIME


R E X,

DOMINE CLEMENTISSIME,

MAJESTATI NUMINIQUE TUO

DEVOTUS

DANIEL DE STEPHANI.



Q. D. B. V.

SECTIO I.
DE
GUARANTIA PACIS
IN GENERE.

SUMMARIUM.

- | | |
|--|--|
| 1. <i>Quam sancta habita fuerit fides, simpliciter saltem interposita.</i> | 4. <i>Hinc inventa adminicula Guarantia &c.</i> |
| 2. <i>Inter Christianos esse, qui fidem hereticis non servandam, asserere haud erubescant, contra Becanum.</i> | 5. <i>Guarantiae vocis origo & derivatio.</i> |
| 3. <i>In fide vix hodie aliquid fidei esse.</i> | 6. <i>Ejus Descriptio.</i> |
| | 7. <i>Ejusdem Divisio.</i> |
| | 8. <i>Quod modis praestetur generaliter Guarantia.</i> |

§. I.

Fest equidem fides ipsa per se res sanctissima, neque ullius in terris vinculi castior atque incorruptior religio, neque ulla, aliarum cautionum praesidio eam muniendi & circumvallandi, necessitas videri debebat: cum nulla sine fide possit consistere sodalitas, sed ea sublata omnis humanae societatis usus tollatur, ut docet
Aristot.

Aristot. lib. 1. Rhetor. cap. ult. Et Mich. Piccart. in 3. Polit. Aristot. 13. haud inconvenienter memorat, mundum potius Sole, quam Genus humanum fide carere, posse. Veteribus vero tam sancta fuit, ut eam Deorum & Jovis jusjurandum esse ex Ennio doceat Cic. 3. de Offic. circ. f. & Numa fidei solenne instituerit. Liv. lib. 1. cap. 21. ac Romani veteres eam in Capitolio Jovi Optimo Maximo vicinam esse voluerint. Cic. d. loc. cap. 29. Sed & in Epistola Acontii ad Cydippam apud Ovid. Epist. 20. ita canitur:

*Non bove mactato caelestia Numina gaudent,
Sed, quæ præstanda est, & sine teste, fide.*

§. II. Verum eo impietatis & furoris res inter Christianos quoque prolapsa est, ut eorum nonnulli haud erubescant asserere, sicut aliis quibusdam, ita hæreticis quoque (& quidem quos ipsi, cum parsint, arbitrio tamen suo hæreticos decernunt) fidem non esse servandam. Quod quidem negat Martinus Becanus, atque per calumniam id dici indignabundus contendit. Verum nimix temeritatis est negare, quod publicè literis proditum extat, *Vid. Uffelm. tract. de jure quo homo serm. oblig. & plurimis exemplis rebusque in publico Orbis Terrarum conspectu gestis, testatum est. Et ipse Becanus quod verbis negat, re fatetur, & latebram faltem perfidiæ atque perjurio quærit, prout in eodem casu loquitur Cic. d. loc. cap. 29.*

§. III. Sed & tum, cum extra aleam posita est fidei obligatio, ita tamen temporum abusu comparatum est, ut in fide vix aliquid fidei appareat, sed homines eò, quod sanctissimum esse debebat, ferè ludere videantur, fidemque datam ad rationes suas fortunæ-

DE GUARANTIA PACIS.

tunæq; vices inflectant. Quod jam conquestus est Si-³
lius Italicus de bello Punico secundo, *lib. 11. vers. 3.*

*Seat nulla diu mortalibus usquam
Fortuna titubante fides*

Et causam, cur aliæ asseverationes accesserint, refert
Senec. lib. 2. Controv. 2. scil. propter mendacia, ut ait,
hominum. Quod non inter privatos tantum, sed &
inter Populos ac Principes quoque accidere aliquan-
do videmus. Ita à perfidiæ consuetudine Pœni olim
notati fuere, & Punica fides in proverbium abiit, nec
habita fides.

Rumpenti fœdera Pœno.

§. IV. Hinc quæ sita atque adhibita ad fidem ad-
stringendam in pace fuerunt varia securitatis nomina
ac vincula, cautionumque firmamenta, quæ hodie
nomine GUARANTIÆ circumferentur. De qua
pauca saltem pro Disputatione nunc evolvenda ve-
niunt.

§. V. Guarentiæ seu Warentiæ vox origine est
Germanica seu Gothica, à verbo *warten* / quod est
custodire, *jemandts warten*; unde natae & ortæ sunt
variæ voces ac notiones, apud Germanos, Gallos &
Longobardos, ut *Gård* Gothis *sepes* fuit. *Loccen.*
in lex. Sæv. Goth. lit. G. unde & videtur esse vox *Gar-*
ten / hortus, quasi locus septus & custoditus. Ita
Guarde Gallis & custodia, & *garder*, custodire, tue-
ri, cavere; & Longobardis *Guardia*; unde Feudorum
Guardia, quæ pro officio custodiæ dantur, frequens
mentio in Jure Feudali *1. Feud. 2. 1. F. 10. in fin. 2. F. 94.*
& in Jure Canon. *cap. 13. de Elect. in 6.* Hinc quoque
esse existimamus voces, *Gewähr* / & *wehre* / arma
ad custodiam & defensionem facta: item *sich währ-*

DISPUTAT. JURID. SECTIO I.

4
 ren/ se defendere: & apud Gothos *Wārda* sive. apud
Loccen. d. Tract. lit. B. quin & vox *Werra* sive *Guer-*
ra, bellum, quo quis se vituetur. Inde pariter est
 die *Gewehe* & *guarenda*, securitas seu cautio de evi-
 ctione, seu *Warenda*, uti dicitur in *Spec. Sax. lib. 1.*
art. 15. §. 2., ubi *Warenda* in genere documentum quod
 quis securitatis suæ causa accepit, intelligi vide-
 tur, in verb. *Si Warendam emtionis producere potest*: Et
 mox: *nisi defectum in Warenda patiatur*. Et in tex-
 tu Germanico: *Hat er es in Gewehr zu Recht*: Et,
ihm werde denn Gebrauch an seinem Gewehren. Et
Warenda expresse cautio dicitur in *Spec. Sax. lib. 1. art.*
46. §. 2. & *guarendus* defensor; *d. lib. 1. art. 27. §. 2.* & præsta-
 tio *Warenda. d. lib. 1. art. 65. Add. Spec. Sax. lib. 3. art. 88.*
 Hinc *Guarendator* vel *Warendator*, qui securitatem,
 pro evictione alteri debet. *Spec. Sax. d. lib. 1. art. 9. §. 6.*
§ lib. 3. art. 3. & *Warendatio* securitatis obligatio, *dich.*
art. 9. §. 6. in verbis: *ipse ejusdem debet esse Warenda-*
tor, cum alter ipsius Warendatione indigebit. Et in
 textu Germanico. *Er soll ihm in der Gewehr vertres-*
ten/wenn er seine Wehrschafft bedarff. Hinc & *Gu-*
arentigium, & instrumentum *Guarentigium*, quo
 plene alicui cautum, seu quo securus præstatur: uti
 si omnino sit liquidem vel clausulis executivis muni-
 tum. Item *guarentare* vel *guarentizare*, causæ defen-
 sionem suscipere, & de securitate ejus seu tutela ca-
 vere: Et *Guarent*, qui ita patrocinium suscipit vel ca-
 vet. *Hotom. de Verb. Feudal. voc. guarentare. Legib. Longo-*
bard. lib. 2. tit. 28. in constit. Ottonis Imp. Si quis equum su-
um reperit, & ipse se Garentem dare dixerit, statim ac certum
garentem eum conducatur, & super tertium garentem &c. At-
 que adeo ab eodem fonte *Guarantia*.

S. VI.

DE GUARANTIA PACIS IN GENERE. 5

§. VI. Hinc ergo satis apparet, quid sit *Guarentia pacis*: scil. in genere omne id, quo pars contrahens securitas, defensio, quæ pro pace interponitur, vel suscipitur; quod qui facit, est *Guarend de la paix*; *affecurator pacis*.

§. VII. Porro, alia *Guarentia* est generalis, alia specialis. Illa extenditur ad omnia capita *Pacis*, omnesq; personas, qualis interposita fuit in *Pace Osna-brugensi*: *art. 17. §. 5. & seq.* Hæc, quæ ad certas tantum personas vel causas restringitur: uti in eadem *Pace* specialiter *Guarentia* præstatur *Reginæ Succiæ* pro summa 5. Myriadum nummorum argenteorum uncialium, trima die ipsi ex pacto *Pacis* in exantorati-onem militum solvenda. *art. 16 §. 12. Conf. Sect. 7. §. 5.*

§. VIII. Præstatur autem *Guarentia* pluribus modis, & tot sunt ejus in pace, quot in re privata, quin plures forte species. In genere autem fieri potest vel verbis, vel rebus, vel personis. Qua postrema specie qui veniunt, *Guarends* dicuntur.

SECTIO II.

DE

GUARANTIA VERBALI

SUMMARIUM.

- | | |
|--|---------|
| 1. AN pars ipsa <i>Guarentiam</i> qua pars pacem facit, a- | |
| <i>Pacis</i> verbis promitte- liam, quæ ejus <i>Guarentiam</i> | |
| re possit. spondet. Et hanc illi acce- | |
| 2. Aliam esse conventionem, dere. | |
| | A 3 |
| | 3. Pars |

6 DISPUTAT. JURID. SECTIO II.

- | | |
|---|---|
| <p>3. Pars eadem Pace & pro se & pro aliis Guarentiam quomodo repromittere possit.</p> <p>4. De Guarentia jurata paritium.</p> <p>5. Quin & Mediatorum.</p> <p>6. Et Primariorum Officialium.</p> <p>7. Clausula, ut successor, pu-</p> | <p>bes factus, eandem præstet.</p> <p>8. Species similis guarentia verbalis simplicis.</p> <p>9. Species guarentie jurate similis.</p> <p>10. Querimonia, tot machinas religionum & execrationum nihil valere tutando fœderi, exemplo Martitiani.</p> |
|---|---|

§. I.

Equidem partes ipsæ quæ invicem promittunt, non videntur esse Guarentia Pacis, sed pax ipsa; nec potest cautio videri sine debito principali, sed qui ex cautione agit, quæ sine causa, id est, sine principali debito interposita est, repellitur jure communi quoq; exceptione doli: l. 2. §. 3. ff. de Dol. mal. Excep. nec quisquam pro se ipso intercedere, sui que sponsor esse potest. L. 19. in fin. prin. ff. ad SCt. Vell. L. 71. prin. ff. de Fidejuss. L. 95. §. 3. ff. de solut.

§. II. Verum alia est conventio, qua pars pacem facit, & pacto de lite transigit, alia qua pro Pace guarentiam præstat. Hic enim actus idem est ac in privatorum contractibus stipulatio; quæ cautio est, in quam pars propriam suam obligationem deducendo, pro ea cavet. L. 1. §. 4. ff. d. Stipul. Prator. L. 40. princ. ff. de Reb. Cred. quod & nudo pacto per constitutum fieri potest, si ipse debitor pro majori securitate se soluturum adhuc constituat. Adeundem enim modum etiam pars pacem faciens repromittere in majorem securitatem potest, omnia pace comprehensa

DE GUARANTIA VERBALI.

7

benſa ſervatum præſtatumque iri. Atque ita guarantia, eſt pactum à Pace diſtinctum, ſed ei ita adjectum, ut legem det paci ejusque conventioni. *arg. L. 7. §. 5. ff. d. Pact. L. 1. princ. ff. Comm. præd. &c.* Atque ita erit inſtar ſtipulationis; prout ea vox quoque, paſſim adhiberi ſolet: ſicut in pace Aquisgranenſi, Pirenæa, & aliis ita dicitur: *lesquels poinçts & articles cydeſſus enoncés, enſemble le contenu en chacun d'iceux, ont été traités, accordés, paſſés, ſtipules entre les ſuſdits Plenipotentiaires des dits Seigneurs Roys, en vertu de leur pouvoir. &c.*

§. III. Quin & fieri poteſt, ut eadem repromiſſione pars & pro ſe & pro reliquis ad Guarantiam obligetur: uti ex verbis pacis Osnabr. *art. 17. §. 5. & Monaft. §. 115. & 116.* inferitur. Ex illa enim formula quiſque Conſortium gemina adſtringitur guarantia; altera faltem implicite ratione facti proprii: *ſe facto ſuo in leges pacis nihil commiſſurum*: altera ratione facti alieni, *ſe Pacent, eaque comprehenſos Conſortes contra alios violatores, primum monitis, deinde, ſi id non ſuceſſerit, armis ſuiturum.* *Conf. Sect. 5. §. 7.* Prior ad hanc verbalem pertinet, altera ad tertiam ſpeciem, quæ fit perſonis, de qua *infr. Sect. 4.*

§. IV. Nectantum nuda repromiſſione guarantia fancitur, ſed & accedit quandoq; jurisjurandi religio. Cautum ita fuit in pace inter Gallos & Hiſpanos conſeſſa in urbe Aquisgranenſi Anno 1668. ubi *in Art. fin.* ita cavetur. *En autre ont promis & promettent lesdits Plenipotentiaires, que le dit Seigneur Roytres Chrézien, le plutôt qu'il ſe peut, & en preſence de telle perſonne ou Perſonnes, qu'il plaira au dit Seigneur Roy Catholique deputer, jurera ſolemnellement, ſur la Croix, & Evangile*

vangile, Canon de la Messe, & sur son honneur, d'observer & accomplir pleinement, recellement, & de bonne foy, tout le contenu aux articles du present traite. Eadem. jurisjur. formula & aliis tractatibus Hispano-Gallicis inserta est, uti Anno 1544. paci Crespiensis; An. 1559. Paci au Chateau en Combresis inita, Anno 1698. Paci Veruinae, An. 1659. Paci Pirenae, &c. in quibus omnibus Legati partium sponderunt, Reges ita solenniter juraturos esse, coram deputato aduersarii sui. Similis formula jurandi est in Pace Madritica, §. 49. Anno 1526. & Cameracensi, art. 46. Anno 1529. contracta.

§. V. Et hoc jusjurandum in Pace Cameracensi art. 49. non Regestantum ipsi, sed & Mediatrices, Amica Caesaris & Mater Francisci, praestiterunt, spondentes de bonne Foy & par leur serment, pour ce par chacune d'elles donne & touchè corporellement au saints Evangiles de Dieu, & canon de la Messe, en presence du saint Sacrament de l'autel &c. scil. se effecturas ut rati habitio sequatur.

§. VI. Quin in pace Belgica, inter Protectorem Angliae & Belgas anno 1654. composita, adeo extensa fuit hujus vinculi religio, ut ordines Belgici promiserint, si quem electuri essent vel Capitaneum generalem, vel Imperatorem militia, vel Ammirallum, eos omnes devinctos fore, istum tractatum, omniaque ejus capitula juramento confirmare: itaque sanctè & cum juramento spondere, se, quantum possint, omnia ea religiose observaturos, & executioni, quod eos spectat, mandaturos, & curaturos, ut ab aliis observentur & executioni mandentur.

§. VII. Deniq; in Pace Madritica de An. 1526. §. 48. cautum praeterea fuit, ut Delphinus quoque seu Primog-

DE GUARANTIA VERBALI.

9

mogenitus Regis filius & successor, cum primum ad pubertatem pervenisset, ad eandem sacramenti religionem adigeretur, ibi; *Incontinent que le Dauphin sera parvenu en l'âge de puberté & aura accompli les quatorze ans, le Seigneur Roi sera tenu de luy faire ratifier, confirmer & approuver le dit traite de paix, & tout le contenu en celuy, avec le serment solennel &c.*

§. VIII. Instar Guarantiæ verbalis quoq; est, cum pro majore Pacis securitate clausula additur, uti addita est *Paci Osnab. art. 17. §. 2. Ut sit perpetua lex & pragmatica Imperii sanctio, in posterum æque ac alie leges & constitutiones fundamentales Imperii, nominatim Imperii Recessui, ipsique Capitulationi Casarea inferenda &c.* Cujus clausulæ hic præsertim effectus est, ut, cum pactum non nisi ipsos pacificantes obliget, aliis verò extraneis nec prosit nec noceat; *l. 11. ff. de Obl. & Act. l. 38. §. 17. ff. de Verb. Oblig. l. 12. ff. de Pact. & tot. tit. C. Inter al. ad l. legis econtrario potestas ad omnes pertineat omnesq; obliget. l. 3. §. 5. ff. de sep. viol.:* Accedit, quod qui pactum violat, in privatum committit, pacificentem scilicet; qui legem, in Rempubl. Ex illo factio civilis est actio, ex altero publica. Porro pactum pacificantes tollere possunt, legem fundamentalem ne summa quidem potestas potest, nisi communi consensu omnium &c. Huc quoq; referri potest, scil. ad securitatem verbalem, quod Pace Vervinia conventum est, ut *Rex Gallie eam in Acta Senatus Parisensis, aliarumque Regni Curiarum, & Rationalium Camere Parisiensis; Rex vero Hispanie in sanctioris & aliorum Regis Consiliorum & Camere rationum in Provinciis Belgicis referri curaret. Thuan. Hist. Lib. 120. ad annum. 1598.*

B

Item

Item & illa clausula, *ut valeat instar rei iudicatae, &c. Pat. Os nab. art. 16. §. 12.*

§. IX. Instar Guarentiæ juratæ verò sunt formulæ illæ, quas Reges Galliæ & Hispaniæ aliquando Paci adjiciunt, & veluti mutuæ execrationes sunt, dum se in casum violatæ Pacis banno ecclesiastico &c. subjiciunt. Ira enim *in Pace Madritica §. 49.* formalis concipitur. *Se soumettans, quant à ce, à la jurisdiction, coercion, & censures Ecclesiastiques, jusques à l'invocation du bras seculier inclusivement; & constituaus leurs Procureurs in forma Camera Apostolica, pour comparoïr en leurs noms & de chacun d'eux, en cour de Rome par devant nôtre saint Pere ou les Ambassadeurs de la Rote, & subir volontairement la condemnation & fulmination des dites censures en cas de contravention comme dit est; ou pour icelles censures se soumettre & prorooger Jurisdiction par devant quelconques Prelats & Juges Ecclesiastiques; & que les dits Seigneurs Empereur & Roy, n'y nul d'eux, sans aucun consentement, ne puisse en facon quelconque demander relaxation de serment, ny absolution des dites censures; & si l'un la demandoit & obtenoit, ne luy puisse profiter sans le consentement de l'autre.*

§. X. Nihil tamen hujus valuit servandæ vel ad annum, nedum perennandæ paci. Sed quicquid tunc excogitari potuit, quod inter partes vel religionis fide sanctissimum, vel execrationum diris terribilissimum videretur non potuit vel illius reverentia, vel hujus trepidatio, vel nuptialis fœderis expectatio efficere, quin altero anno recruduerit bellum, non tam reparatum quam continuatum, & anno 1529. nova pace, *Cameracensi* iisdem prope formulis componendum de

DE GUARANTIA REALI.

II

de quo Guicciard. *Hiflor. Lib. 16. in f. & Lib. 18.* Thuanus
Hiflor. Lib. 1. Sleidan. Comment. de stat. Rel. lib. 6. Paul.
Jov. *Hiflor. Lib. 23, & 25.* Seran. *Hifl, Gall, in Francisco I. ad*
annum 1527. &c.

SECTIO III.

DE

GUARANTIA REALI.

SUMMARIA.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Transitus ad Guarantiam
realem.</p> <p>2. Quod modis illa fiat.</p> <p>3. Prioris modi, quo omnes
Regni seu Principatus Ter-
ra obligantur, exempla.</p> <p>4. Alter modus, quo Regnum
praeterea bona mobilia &
immobilia, ejusque exem-
pla.</p> <p>5. Circularum Imperii pro Sta-
tibus invicem guarantiam in
Pac. Ofnab.</p> <p>6. Tertius modus, quo certa</p> | <p>res obligantur, ejusque ex-
empla.</p> <p>7. Quis potior, si pluribus
guarantia realis constituta
sit?</p> <p>8. Quid si contendat guaran-
tia realis & hypotheca Vi-
duae Principis?</p> <p>9. An pignus retineri pro a-
lio debito, quam pro quo
datum est, possit. Ubi
disensus Grotii, & conci-
liatio textuum pugnantium.</p> |
|---|---|

§. I.

HAtenus de Guarantia quæ fit verbis. Altera
quæ rebus fit, incidit in pignoris hypothecæ-
ve speciem, iisdemq; regulis continetur, qua-
rum facilis est ex jure communi interpretatio. Atque

B 2

hæc

hæc Guarantia affecuratio realis dicitur, *in Recessu executionis Pacis*, §. 16. 18. 20. 38. 39. 41. *inserto recessi Imper. 1654.*

§. II. Constituitur autem hæc guarantia vel in toto Principatu, omnibusq; ejus terris; vel præterea quoque in bonis Principis, mobilibus ac immobilibus, vel denique in certis terris aut bonis.

§. III. In toto Principatu omnibusque ejus terris guarantia hypothecaria sancita invenitur Pace inter Gallum atque Hispanum Anno 1668, inita Aquisgrani. *art. fin.* hac formulâ: *Ont promis & promettent sous obligation de tous & chacuns les biens, & Etats, presens & avenir, des Rois leurs maîtres, qu'ils seront inviolablement observés & accomplis. &c.* Eademque clausula inserta fuit totidem verbis Paci Pirenææ inter eosdem factæ Anno 1659. *art. fin.* & Paci inter eosdem compositæ Anno 1559. *au château en Cambresis. nec non Paci Verdinia art. 35. &c.*

§. IV. Altera species Guarantiæ, in omnibus Regum bonis, frequens est in ratificationibus pacis: uti in literis ratificationis *du traite de Neutralité entre les Duché & Conté de Bourgogne, de l'an, 1511.* Ubi Rex Galliæ eam præstat his verbis: *Le tout promettons en fois & parole de Roy, & sous l'obligation & hypothèque de tous & chacun nos biens, presens & avenir, garder, observer, inviolablement &c.* Et ex altera parte Archiduces ita: *Promettons en paroles de Princes, sous notre foy & bonneur, & l'obligation de tous & chacuns nos biens, tant meubles qu'immeubles, presens & avenir &c.*

§. V. Ita cum convenisset pace *Osfn. Art. 16.* ut regno, Sueciæ pro exautoratione militiæ solverentur à Cir-

DE GUARANTIA REALI.

à Circulis Imperii quinq; myriades Imperialium Talerorum, Status hujus articuli guarantiam promiserunt sub hypotheca omnium suorum bonorum. *Pac. Ofn. Art. 16. §. 12.* Pro cujus summæ exactione collectatio in antecessum decreta fuit, non inter possessores, qui tum erant, sed inter eos, qui ex Amnestia restituendi veniebant: quippe qui lege Pacis & Amnestiæ veri iterum Domini terrarum fierent. *d. art. 16. §. 8. & 9.* Salvo cuique regressu in eos, quorum mora damnnum contigerat.

§. VI. Tertia species Guarantiæ realis seu hypothecariæ, in certis scil. rebus constituendæ fit dupliciter: vel enim nudo pacto hypotheca constituitur, vel res ipsa interim possidenda traditur, quod factum in executione Pacis Osnabrugensis, cum Hispani moram facerent evacuando oppido Franckenthal: interim enim Serenissimo Principi Electori Palatino in securitatem traditum est oppidum Hailbronnæ, donec alterius vacua possessio in ipsum transferri possët *Vid. Haupt: Recess. Friedens Execution, §. 45. & seqq. qui insertus R. 7. 1654.* Et pace *Noviom. art. 26.* Rex Galliæ pro guarantia dicti articuli retinuit oppida & URBES, Chasfelet, Huy, Verviers, Aquisgranum. *Düren/ Einnick/ Ruyß & Zonß.*

§. VII. Quod si pluries pax cum alio atque alio diversis temporibus cum tali formula guarantiæ realis factu fuit, antiquior prævalebit, perinde ut in privatorum causis hypotheca tempore prior. *tot. tit. ff. & C. Qui pot. in pign.* Id enim juris naturalis est ut in pignoribus antiquior potior sit, quod proinde & inter Principes ac Reges jus obtinebit. At privilegia pignorum allegari non possunt, quippe quæ meri sunt Juris positivi.

B3

§. VIII.

§. VIII. Unde, si forte Vidua Princeps ratione dotis illatæ vel dotalitij sui in quibusdam terris, quæ & ex guarantia reali alii obligatæ sunt, constitutam habeat hypothecam, nulla nisi temporis prærogativa, inter eos obtinebit.

§. IX. Quod autem Grotius de *J. B. & Pac. lib. 3. cap. 20. §. 59.* arbitratur, pignus ex alia causa datum, ex alia debito retineri posse, id jure naturali statuum omnino non est: quia extra dispositionem alteri nihil juris est in rem pignoratam. Juris vero civilis pugna, quæ intercedere videtur inter *L. un. C. Etiam ob chir. deb. & L. u. §. 3. ff. d. pign. act.* conquiescet, si dixeris, posse retineri pignus si neutrum debitum solutum est. *d. l. un.* Nam, si creditor debitum pro quo pignus datum acceperit, non poterit pro alio illud retinere. *d. l. 13. §. 3.* De quo, uti & de altera questione Grotii *d. cap. 20. §. 60.* hic latius agendi locus non est.

SECTIO IV.

DE

GUARANTIA, QUÆ
PERSONIS FIT.

SUMMARIA.

- | | | |
|--|--|--|
| 1. G uarantia, quæ fit personis, descriptio. | | <i>instar caventium pro evitione.</i> |
| 2. Personæ sunt Guarandi vel Obsides. | | 4. Prioris speciei guarantiam esse in Pace Hassniensi & Oliviensi. |
| 3. Guarandi intercedunt vel instar Fidejussorum, vel | | 5. Alterius, in Pace eadem Olivi- |

DE GUARANTIA, QUÆ PERSONIS FIT. 15

Oldiensis, Osnabrugensi,
Monasteriensis, Hispano-
Belgica.

- 6 Quid hæc dua species differant inter se & à guarantia verbali?
7. Scrupulus ex Pace Olivo. in medio relictus.
8. Guarantia aliquando Pace non promittitur, sed tantum permittitur.
9. Atqui otiosa videtur illa permisso, cum & sine ea cuique Regum licitum sit jure Gentium, pacem alterius tueri.
10. Resp. Sed hoc factò eum belli in se causam & partem & sociis ejus dare, & socios ex fœdere parti assistere teneri. Permissa verò Guarantia si id faciat, nec inde causam belli in se esse, & socios nec posse alteri succurrere, nedum ex fœdere, quaecumque intervenerit, teneri.
11. An guarantia jus tantum contra partem quæ violat, an & contra extraneos, omnesque adeo violatores Pacis obtineat? Dist. & Resp. objectioni.
12. An Guarandi, parte lesa, nihil conquerente, in violatorem agere possint?
13. An Mediatores guarantiam præstare teneantur, si pace id cautum non sit?
14. An possint saltem si velint? Ubi eadem differentia, quæ §. 10. exposita est.
15. An intelligatur guarantia promissa, si Mediator majoris securitatis causam subscribere rogatus, id fecerit?
16. Obsides proprie non esse guarandos.
17. Eos magis ad speciem Guarantia realis pertinere.
18. Quomodo Guarantia ex promissionem fieri possit?
19. Sponsors quoque Pacis proprie non esse Guarandos.

Tertia species Guarantiæ est, quæ personis fit; scil. cum Parti securitas Pacis præstatur inter-ventu aliarum personarum, quæ in casum violatæ Pacis tenentur.

§. II. Hæ personæ vel propria autoritate propriaque voluntate interveniunt; & hi *Guarandi* vocantur; vel alterius autoritate atque Imperio, & dicuntur *Obsides*, *Gäißel* / de quibus deinceps.

§. III. Guarandi proprie dicti intercedunt & obligantur vel instar *fidejussorum*, vel instar *caventium pro evictione*. Instar *fidejussorum*, cum extranei partibus spondent Pacis securitatem contra ejus violatores. Instar *cautionis pro evictione* vero, cum e contrario partes ipsæ eandem securitatem pacis reprobant contra violatores.

§. IV. Prioris speciei exemplum est in tractatu Pacis Haffniensis, quæ Anno 1660. inter Suecos & Danos coit: Ejus guarantiam promissere Rex Gallia, Respublica Anglicana, (quæ eodem tempore Regem suum recipiebat) & Ordines fœderatæ Belgicæ, qui & expressè Guarandi & fidejussores ibi in *art. 34.* vocantur, ubi hæc formula refertur; *Eos universos junctim, mediante generali guarantigio, & singulos seorsim speciali guarantigio, optimo modo & in amplissimâ ac tutissimâ formâ, quâ fieri posset, se invicem obligare & adstringere, quod velint esse Guarandi ac fidejussores pro omnibus pace ista pactis, quod omnimodo & in omnibus suis clausulis hæc integrè teneri & in æternum observari, ut & in casu contraventionis ex alterutra parte decenter vindicari debeant. Et mox additur; Ab his non solum ut Mediatoribus, sed & ut Guarandis & fidejus-*

DE GUARANTIA QUÆ PERSONIS FIT. 17

Fidejussoribus ac vindicantibus, ut Paci subscriberent desideratum fuisse. Apud Loccen. Hist. Suec. pag. 449. Pacis vero Olivienfis, quæ eodem Anno 1660. inter Regem Sueciæ, & Regem Poloniæ hujusque confederatos Principes, Imperatorem scil. & Serenissimum Principem Electorem Brandenburgicum, contracta est, Guarantiam suscepit Rex Galliæ, quæ art. 30. ita refertur apud eundem Loccen. pag. 921. Cum pro majori securitate hujus Pacificationis tam Serenissimus atque Potentissimus Rex Sueciæ, quam Sereniss. atque Potentiss. Rex & Respublica Poloniæ, & Serenissimus atque Potentiss. Elector Brandenburgicus postularint, ut & Potentiss. Princeps ac Dominus, Dn. Ludovicus XIV. Galliarum & Navarre Rex, executionis & observationis illius inter eosdem Fidejussor existeret; Sacra Majestat. Christianiss. postulationibus & votis eorum annuens, pro se ac successoribus suis, Regibus Galliæ, spondet ac promittit, idque per Legatum suum, plenariis mandatis ad hanc Guarantiam cavendam instructum, se executionem horum pactorum, eorumq. observationem ac perpetuitatem inter eosdem supra nominatos Principes, omni meliori quo fieri potest modo, etiam armis, ubi amicabilia media non processerint, asserituram: & si quis eorum sub hac fidejussione comprehensorum illa violarit, arma viresq. suas parti læsæ ad ejus requisitionem, juncturam &c.

§. V. Exemplum autem ubi instar cautionis provisione est Guarantia, pariter habetur in eadem Pace Olivienfi. Nam & ipsæ Partes ad securitatem Pacis se adstrinxere. art. 35. Verba hæc sunt. *Promittunt supra memoratæ Partes paciscentes omnes, tam Principales quam fœderatæ, se hanc transactionem ac Pacem, omnesque ejus articulos, capitula & clausulas, sancte*
C
& in-

Et inviolabiliter servare velle & debere; (Nota huc usque
 guarantiam merè verbalem, de qua ad Sect. 2.)
 Et, ne imposterum violari queat, se invicem ad generalem
 guarantiam & evictionem mutuam ac defensionem reci-
 procam omni ex parte obstringunt. Hisc quàm fieri po-
 test firmissime spondentes, ut, si contingat, unam partem
 ab altera, vel plures à pluribus, terra vel mari, bello con-
 tra hanc Pacificationem impeti, aggressor ipso facto pro
 infractore hujus pacis ab omnibus habeatur, ejusdemque
 beneficio excidat: Et tam altera reliquaque Pacifcenti-
 um Partes Parti lese, ad summum intra 2. menses à
 requisitione Partis lese, eidem communibus armis assi-
 stere, & bellum tamdiu contra Aggressorem prosequi, do-
 nec pax communi omnium Partium consensu restituta
 fuerit, invicem teneantur. Talis quoque est guaran-
 tia Pacis Osnabrugens. art. 17. §. 5. & 6. & Monaster.
 §. 15. & 116. Nam & ibi ipse Partes ita obligantur:
 Teneantur omnes hujus transactionis Consortes universas
 & singulas hujus Pacis leges contra quemcumque, sine Reli-
 gionis distinctione, tueri & protegere, & si quid eorum à
 quocumque violari contigerit, lesus ledentem inprimis qui-
 dem à via facti dehortetur, causa ipsa vel amicabile com-
 positioni vel juris disceptationi submissa. Veruntamen, si
 neutro horum modorum intra spatium trium annorum ter-
 minetur controversa, teneantur omnes & singuli hujus
 transactionis Consortes, junctis cum parte lese consiliis vi-
 ribusque, arma sumere ad repellendam injuriam à passo;
 moniti, quod nec Amicitia, nec juris via locum invene-
 rit. Ejusdem generis est Guarantia Pacis inter Re-
 gem Hispaniæ & Belgas Anno 1648. Monasterii
 conclusæ: in cujus Art. 76. ita inter Partes conve-
 nit: Promittunt insuper, nihil se facturos contra aut in
 præju-

DE GUARANTIA QUÆ PERSONIS FIT. 19

præjudicium hujus tractatus: (hæc Guarantia verbalis) neclaturos ut fiat directe vel indirecte, & si quippiam factum fuerit, se reparari curaturos sine ulla difficultate aut dilatione, atque ad observationem omnium eorum, que supra commemorata sunt, se ipsos obligant respectivè; imò ipse Dn. Rex se suosque successores, apud Brachel. Histor. lib. 8. pag. 32.

§. VI. Hinc apparet, quid differant tres illæ Guarantiæ species; merè verbalis, & duplex illa quæ personis fit. Scil. meris *verbis* fit, cum pars spondet; *Se adversus Pacem nihil acturum. vid. §. præc.* Instar cautionis pro evictione est, quando pars spondet; *Alios adversus pacem nihil acturos. Instar. fidejussionis*, quando extraneus spondet: *Partes nihil adversus Pacem acturas. Nec officit, quòd nemo promittere possit factum alterius, alterum non facturum, vel per alterum non fore. §. 3. just. de Inut. stip. l. 38. princ. & §. §. seqq. ff. d. Verb. Obl.* Nam hac promissione continetur factum proprium, *se curaturum ne fiat &c. juxta l. 81. pr. l. 83. princ. ff. d. Verb. Obl. tot. t. ff. Rem rat. hab.*

§. VII. Hinc in *d. art. 36. Pac. Oliv.* pingviùs dici, quin contradictorium videtur; *Integrum fore Paciscentibus omnibus, eandem Regis Gallie Guarantiam & fidejussionem suscipere.* Certum enim est, ipsos Paciscentes non posse pro se ipsis aut apud se ipsos fidejubere, & sui ipsorum fidejussores videri: *Sup. Sect. 2. §. 1.* Nec integrum ampliùs ipsis intelligi potuit, guarantiam suscipere, ad quam *art. 37.* se jam expressè obligaverant: nec sensus genuinus videri verborum, *suscipere eandem guarantiam Regis Gallie, qui extraneus erat.* Verùm hæc nos in medio relinquitur.

§. VIII. Aliquando non promittitur Guarantia, sed permittitur tantum, non ut Guarandi obligentur ad præstandam securitatem, sed ut integrum iis sit, eam suscipere. Ita nec in Pace Neomagensi, nec in Risvicensi peculiaris Guarantia constituta, sed omnibus Principibus permissa fuit: ita enim in *art. 34.* statuitur. *Imperator & Rex Christianissimus consentiunt, ut omnes Reges, Principes, & Resp. super executione & Observantia tam omnium quam singulorum, qua præsentis tractatu continentur, alte memoratis sacrae Casareæ Majestati, & sacrae Regiæ Majestati guarantiam præsent.* Similiter in Pace Risvicensi: *art. 54.* *Utrique parti liceat pacem hanc ejusque observationem fœderibus &c. firmari, & cum aliis quoque Regibus, Principibus, & Rebuspubl. tum inprimis Suecicæ Regi, seu Mediatori, æque ac virtute Pacis Westphalicæ eam asserere, sacraeque Casareæ Majestati, Imperioque, & Sacrae Regiæ Maj. Christianiss. Guarantiam præstare semper fas erit.*

§. IX. Verum enim vero quis ejus clausulæ, & an aliquis sit effectus, ambiguum videretur. Nam etiam citra talem dispositionem, & omiſſa illa, Regibus jure Gentium licitum est invicem assistere, Partemque, quæ contra Pacis tenorem læsa est, armis juvare. Ita Abrahamus Lothum bello captum armis eripuit. *Gen. 14.* Cyrus in Orat. ad milites ait: *τί δὲ ἐστὶ τῷ τοῖς φίλοις ἀγῆγιστον κἀδίδιον.* *Quid pulchrius quam suppetias ferre amicis.* *Xenoph. Cyropæd. Lib. 1.* Nam & fœdera defendendi causa inire licet, Ergo & defendere. Idque ipsa forma fidelitatis Feudalis probat; quæ eo pertinet, ut Vasallus Dominum armis quoque juvet. *2. F. 7. 8. & 48.* Et Romani nomen sibi ingens compararunt, defensâ Græcia aliisque populis. *Liv. Hist.*

DE GUARANTIA QUÆ PERSONIS FIT. 21

Lib. 34. cap. 12. & 32. Cui ergo usui hoc in pace caveri, ac Regibus concedi, quod natura iis permiffum est.

§. X. Norandum igitur, licitum quidem jure esse, Principi amico contra hostem ipsius armis succurrere; sed quoniam hostis hoc factò sibi injuriam fieri contendit, hinc inde ipsi adversus assistentem quoque justa belli causa est. Quod variis locis docet *Livius Histor. Lib. 34. cap. 22. in oratione Quintii Ducis: & Lib. 30. cap. 42. in Responso Senatus Romani &c.* Verum, si talis defensio ac guarantia pace permiffa fuerit Regi, nulla inde in eum justa belli causa fingi potest: neque enim pars pro injuria habere id potest, quod ipse pacto Pacis ac lege guarantiæ concessit *Vid. Pac. Oliv. art. 35. §. 1. & 3.* Et ita prædictus dux Rom. Quintius Antiocho hanc conditionem proponit, ut, *si hic Asia fines transcendat, Romanis jus sit Asia amicitias tueri ac quarere;* ita scil. ut hoc factò non videantur causam bello dedisse. *Liv. d. lib. 34. cap. 57.* Unde porro quoque sequitur, bello ita ex lege permiffa guarantiæ suscepto, socios alterius Partis nihil offendi; unde nec assistere ei ex fœdere, qualecunq; intercesserit, tenentur; quin nec jure possunt, cum nulla injuria prætexi possit ubi ex lege utrinque conventa agitur. At, si nulla guarantia permiffa, Rex alteram partem armis tuetur, hoc quidem jure communi belli potest, verum eo factò causam belli alteri ejusque sociis in se dat, & tenentur quoq; socii ex fœdere socio succurrere.

§. XI. Porro Guarantia hæc promittitur regulariter contra Partem quæ Pacem rumpit: uti expressum id est in *d. Pac. Oliv. art. 36. ibi: Se executionem horum pactorum intra eosdem supra nominatos Principes asserturum: & si quis eorum sub hac fide-*
C 3 jursione

jussione comprehensorum ea violari, arma viresq; juncturum. Cæterum nihil impedit, quò minus & contra extraneos, quin in genere contra omnes interponi possit. Neq; obstat, quod non possit videri pacem rumpere, qui pace comprehensus non est; nec intelligatur transactio nisi salvo jure tertii. Nam uti Pars ipsa tueri jus Pace illa sibi quæsitum contra omnes, etsi non consenserint in Pacem, potest, ita & Gurandus eodem jure ex lege guarantiæ ipsi assistere contra omnes potest. Neque vero invalor, qui Partem bello petit eòq; jus Pace ipsi concessum lædit, oppugnatur ut violator Pacis, sed ut invalor Juris pace quæriti. Atq; ita expressè cautum est Pace Osnabr. art. 17. §. 5. & *Monast. d. §. 108.* in verbis: *si quid eorum à quocunque violari contigerit.*

§. XII. An autem Guarandi vindicare pacem possunt, parte læsa vel invita, vel nihil conquesta, nec opem requirente? Et sanè, si solius Partis, non aliorum intersit, non possunt; cùm Pars suo Juri renunciare possit, & ne tum quidem fit injuria, quippe quæ volenti non fit. *L. 9. §. 1. ff. d. Aq. & aq. plu. L. 34. C. d. Transact. &c.* Unde addi solet, *ad requisitionem partis læsæ: velut in Pac. Oliv. art. 35. §. 1. ibi: à requisitione partis læsæ: & art. 36. ibi: ad requisitionem partis læsæ: & in Pac. Osnabr. d. art. 17. §. 6. & Monast. §. 106. voc. moniti.*

§. XIII. An verò Mediatores Guarentiam præstare tenentur, etsi id Pace cautum non est? Negatur: cùm Mediator, qui tantùm negotii pararius est, ex negotio neutiquam obligetur, ne quidem quasi ex causa mandati: neque enim mandandi, sed consulendi causà intervenit; nec negotium ipsius est, sed partis; quo

DE GUARANTIA QUÆ PERSONIS FIT. 23

quo casu mandatum non esse constat. §. *Tua tantum.*
6. Inst. d. Mandat. L. 2. §. ult. ff. eod. tit. Sed & totum
negotium, non obstante mediatione, in libera volun-
tate partium situm est, quo casu mandati obligatio
cessat. *L. 48. §. fin. ff. eod. tit.* Deniq; licet esse mandatum,
at guarantia non est, cum aliud sit mediatio, aliud gua-
rantia; quomodo ab invicem ea bene separantur in
Pac. Haffnienf. *d. art. 34. in fin.* ibi: *ab illis, non solum ut*
Mediatoribus, sed etiam ut Guarandis. &c.

§. XIV. Alia quæstio est, an Mediator possit sal-
tem Guarantiam præstare? Resp. Non posse jure Pa-
cis, sed jure belli: non ita, ut violator Pacis factum Me-
diatoris, armis suis alterius causam foventis, pro jure
habere teneatur, sed ut per id justam belli causam na-
ctus intelligatur, prout *sup. in casu §. 10.* id quoque ob-
servatum atque expositum fuit. Atque hinc est, quod
Mediatori quoque in Pace Noviom. *Art. 34.* & Rivvi-
censi *Art. 54.* specialiter id concessum fuerit.

§. XV. Magis dubium videtur, si partes Media-
torem rogent, ut is, ad majorem Factorum confirma-
tionem, manum sigillumque suum paci adjiciat, an il-
le hoc facto ad guarantiam teneatur. Ita enim pace
inter Christinam Sueciæ Reginam, & Christianum IV.
Daniæ Regem, Anno 1645. inita, Partes Regem Gal-
liæ Mediatorem hujusmodi precibus adierunt. Ve-
rum nec hoc affirmandum existimamus, nisi aliud
appareat: quia subscribit tantum ut Mediator, non ut
guarandus, nisi specialiter id expressum fuerit. Ne-
que ex sola subscriptione vel obsignatione guarantia
inferri potest, cum illi actus ex variis causis & à nudis
testibus quoque fieri possint & soleant. Neque adeo
moveret, quod specialiter in prædicta pace Partes sub-
scriptio.

scriptionem petierunt ad majorem confirmationem & securitatem pactorum. Nam varia sunt genera & gradus securitatis; & testes quoque eum in finem subscribunt, majorque autoritatis actus est cui testes saltem intervenire. Et hoc ipsum ita declaratur in prædicta Pace *in fin.* ubi expresse additur, subscriptionem in majorem fidem & testificationem desideratam fuisse.

§. XVI. Atque hæc de Guarandis propriè dictis, à quibus plurimum differunt Obsides, qui non possunt genuino sensu dici guarantiam pacis præstare, cum regulariter jura belli & pacis ne quidem habeant, sed alterius potestati ferè subjecti sint. Deniq; dicendum quod res est, non Obsides à Principe datos præstare guarantiam Pacis, sed Principè per Obsides.

§. XVII. Unde obsides magis referendi sunt ad *sect. 3.* scil. ad guarantiam realem, quia Princeps uti pignori datus, ita & obsidibus datus, securitatem & guarantiam rebus potius præstat: Inprimis si ad originem obsidum respiciamus, qui cum quodammodo servi hostium olim fierent, in quos jus vitæ & necis hosti esset, iis, quasi rebus & pignori datus, cautum intelligitur. Guarandi autem illi sunt, qui præstant guarantiam, non per quos illam præstant alii.

§. XVIII. Guarantia vero, in casu Obsidum, per modum expromissionis quoque fieri potest; nimirum cum pro obside alius obses datur, vel ipse se obsidem ita offert, ut alter liberetur: ea enim species quædam expromissionis est, qua prior debitor liberatur, & tota obligatio in alterum transfunditur. Atque huc pertinet quoque species quam exhibet *Grotius de J. B. & P. lib. 3. cap. 20. §. 58.* sed perperam

DE GUARANTIA QUÆ PERSONIS FIT. 25
 peram ad sponſionis Caudinæ ſententiã referat. Reliqua vero Obſidum jura, quippe hinc alieniora, compendii ſtudio, intacta nunc relinquimus.

§. XIX. Denique ſponſores Pacis quoque videntur ad hanc guarantiam, quæ perſonis fit, pertinere. Verum id ſecus eſt. Nec enim ſponſores Pacis proprie ſunt guarandi ejus, ſed plurimum inde diſtant: & ſunt illi qui privata auctoritate, & injuſſu Principis vel populi pacem vel ſœdus feriunt. Unde ipſi quidem ex ſua ſponſione tenentur, non autem Princeps ex pace, quæ injuſſu ejus plane nulla eſt, uti id magnis ſtudiis diſputatum eſt de ſponſione Caudina, & de Numantina. Vid. *Grot. d. J. B. & P. lib. 2. cap. 1. §. 2. & §. ſin.* Non poſſunt igitur ſponſores eſſe Guarandi Pacis, ubi pax non eſt, nec obligatio ad Pacem tuendam, quæ nulla eſt. Neque guarantiam Pacis præſtant aut præſtare poſſunt, qui nullum jus belli & Pacis habent. *Conf. §. 14. ſupr.*

SECTIO V. DE COMMUNIA GUARAN- TIARUM.

SUMMARI A.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Transitus. Et quinam }
 guarantiam præſtare }
 poſſint.</p> | <p>3. An & quando ad aliam quo-
 que pacem?</p> |
| <p>2. Guarantia Paci inſerta,
 an ad acceſſoria pacta ac-
 ceſſet.</p> | <p>4. Si pax rupta iterum coa-
 leſcat pace, hæc renovata
 magis</p> |
- D

- magis quam alia pax videatur, eoque & Guarantia ad eam pertinebit.*
5. *Excipitur, quatenus novis pactis immutata est.*
6. *An Guarantia utriusque Pacis Westphalica ipso jure pertineat quoque ad Pacem Noviomagensem & Rîsvicensem. Et cur expressè pacto extensa ad eam fuerit.*
7. *An extendenda ad novos belli socios & Confœderatos: ubi dissensus Polybii & Livii de jure fœderis Lutatiani. De discrimine, pax bello rupta, an nova bello causa data sit, remisivè. De casu, quò armis pax non rumpitur.*
8. *Modus exequenda Guarantia.*
9. *An statim armis executio fieri possit? Quomodo*
- id tabulis Pacis definiti soleat.*
10. *Quomodo tueri Guarantiam liceat.*
11. *An denunciatio belli seu clarigatio requiratur ante executionem Guarantia. Distinctio Pacis Olivien-sis legi Natura congruit.*
12. *An guarandus neglectâ guarantia teneatur ad re-stitutionem damnorum.*
13. *Quatenus teneatur se transactum sit.*
14. *An Obligatio Guarantia ad heredes pertineat, & quosnam?*
15. *An ex Guarantia usur-patoris & Tyranni teneatur Rex legitimus. De actis Oliverii, Usurpatoris Anglia.*
16. *De modis finiende guarantia summa traditur. Reliquaremissivè. Guarantia plurimum similis est Advocatia.*

S. I.

HAetenus Guarantiæ formæ species, & cujusq; speciei differentia ac jura propria exposita sunt. Sequntur reliqua jura communia. Inprimis verò norandum, Guarantiam præstare non posse, nisi populos

pulos ac Principes cum summa quadam potestate, nec nisi qui jura belli ac pacis habent. Cum enim pax non nisi armis defendi contra violatores contumaces possit, certum est, non posse ejus guarantiam præstare nisi cuius armorum competit. Et vero Pars illa, contra quam Guarantia exigitur, non est, nisi quæ jus belli & pacis habet; de eo enim quæritur cum quo, cum bellum esset, pax facta fuit, quam deinde violat. Is vero ad pacem servandam compelli à nemine potest, nisi cui jus belli comperit, cum alium alter neminem recognoscat. Hæc igitur regula primum certa est, eum solum guarentiam Pacis præstare posse, qui ipse jura belli ac Pacis habet.

§. II. Quæritur porro, an guarantia Paci inserta, etiam pertineat ad accessiones Pacis, v. g. ad pacta quæ Paci accedunt? Ubi distinguendum est, an pacta illa, incontinenti accesserint Paci, uti articuli illi separati in Pace Cameracensi de Principatu Orangiorum: &c. in Pace Hispano-Belgica An. 1648. de jure Navigationum: & in Pace Risvicensi, de Palatinatu &c. & ad has adjectiones Guarantia Pacis quoque extenditur. *arg. l. 8. princ. ff. de eo quod cert. loc.* An vero postea demum, conclusa jam pace, noviter conventa fuerit, uti Recessus de noviter emergentibus seu que deinde superveniunt; &, cum illa distincta sint a Pace pacta atque negotia, non potest ad ea referri Guarantia, nisi vel expressè aut tacite eo extensa fuerit; vel ex pace necessario sequatur. Quod bene perpensum est *in Recessu Pacis executivo. §. 10. qui Recess. Jur. 1674. insertus est.* Ubi ad conventum exequendæ Pacis modum, quæ quidem recentior dispositio est sed ex Pacis naturâ omnino sequitur, Guarantia Pacis ita extenditur;

ditur; Demnach so wohl angeregter Præliminar als dieser Haupt-Recess, von dem allerseits ratificirten Instrumento pacis, als ein effectus à sua causa dependirt/ und dannhero gleichmäßige Krafft/ Wirkung und Sicherheit als der Frieden-Schluß haben/ und von allen Theilen darob gehalten werden solle. Als wird hiemit die in instrumento Pacis enthaltene Guarantia generalis durchgehend mit allen und jeden ihren Dispositionibus, assurationibus, clausulis, und Verwahrungen/ auch auf diesen Præliminar und Haupt-Schluß extendirt/ und mit gleicher Wirkung/ Krafft und Verbindung dahin verstanden.

§. III. Quando autem Guarantia Pace sancita ad aliam quoque Pacem extendenda sit, altioris disquisitionis est. Et scil. pro regula tenendum, extendi eam ad aliam pacem non posse; cum distincta sint negotia, & manifesta pugna, guarantiam aliamve legem uni soli Paci adjectam esse, & tamen alii quoq; Paci vel negotio coherere. Idq; perpetuum est, cum bellum ex nova causa morum componitur.

§. IV. Verum secus est, si pax rupta, alia deinde pace iterum coaluerit: hæc enim non tam pax alia & à priore diversa, quam ipsius Pacis prioris renovatio ac repetitio est; etsi forte quædam ejus capita novis pactis immutentur, quippe quæ formam ac legem contractui dant. *l. 1. ff. Comm. prad. l. 7. §. 5. ff. d. Pact.* Accedit, quod guarantia non præsterur pro extrinseco illo modo & forma pacti, sed pro causa ipsa quæ pacto continetur: unde, etsi alia pactio videri possit, causa tamen pactionis eadem est. Uti Pace Osnabr. & Mo-

& Monast. in id guarantia sancita fuit, ut libertas religionis & conscientiarum, jura item Statuum in genere & quorundam peculiararia, & similia ejus capita inviolata ac salva permaneant. Hanc causam itaque cum tueatur Guarantia, necesse est eam vim suam exercere, quoties eadem causa tuenda est.

§. V. Enim vero, quatenus novæ Pacis pactis quædam immutata, statusq; adeo causæ alteratus est, ad has mutationes, si ignorante & non consentiente Guarando factæ sunt, guarantiam extendi non existimamus; cum aliorum facto alii non possit noceri, neque eo hujus obligatio augeri. Et, cum Pax, qua novis pactis immutata est, alia pax, aliaque causa & obligatio videatur, non potest Guarandus sine facto suo, infcius atque invirus inde teneri.

§. VI. Unde intelligi potest, an & quatenus ad Pacem Noviomagensem & Risvicensem, (quam utramque absque guarantiæ obligatione esse diximus, etsi suscipere eam omnibus permissum sit,) pertineat guarantia generalis Pacis Osnabrugensis & Monasteriensis. Etenim, si pax hæc invasione Gallorum rupta fuit, & pace deinde Neomagensi ac Risvicensi iterum coaluit, certum est, guarantiam illa sancitam ad has recentiores omnino extendi, etsi id dictum non esset. *per §. 3. sup.* Verum cum ex parte Gallorum novæ belli causæ fingerentur, & Pax Westphalica maximam partem immutata per sequentes, & plurima per eas innovata & abrogata fuerint, necessarium partim, partim tutius fuit, illius, Westphalicæ scil. Pacis, Guarantiam specialiter ad reliquas quoque extendi: prout id expresse cautum fuit *Pac. Noviom. art. 2. & 31. & Pac. Risvicens. art. 3.* scil. omnia capita Pacis Westphalicæ,

D 3

adeo-

adeoque & guarantiæ generalis caput, perinde rata fore, ac si ipsis Neomagensis & Rifwicensis Pacis tabulis de verbo ad verbum inserta essent: quod & specialiter de guarantia sancitum est in *Pac. Rifw. art. 54.*

§. VII. Sed nec extendi potest guarantia priori Pace conventa, ad alios quam qui ejus sponfione comprehensi sunt. Unde, si Pace bello rupta accedant deinde alii, sive ut focii, sive ut partes Principales, ad eos guarantiæ jus non propagabitur: nisi futurorum quoque fociorum mentio facta fuerit, aut hoc actum saltem fuisse appareat. Quod quantopere in causa fœderis Lutatiani agiratum fuerit, patet ex Polyb. *Histor. lib. 3 cap. 29. & Liv. lib. 21. cap. 19.* qui duo Historiarum propè Principes de jure hujus fœderis invicem contendunt, atq; in contraria abeunt. Quando autem videatur pax bello rupta, quando vero nova belli causa data: item, an & factò subditorum vel fociorum, vel contra subditos aut focios committendo, rumpi pax videatur, exponit Grotius *d. J. B. ac P. lib. 3. cap. 20. §. 27. & seqq.* in quibus tamen haur pauca desideranda videntur. Id certum est, non rumpi pacem ab eo, qui turbantem forte fines vi repellit, quippe quod natura licitum est: *l. 3. ff. d. Inst. & Jur. l. 17. ff. d. Vi & vi arma.* idq; ita probè decisum est in sæpe dicta pace Oliv. *art. 35. §. 4.*

§. VIII. Modus Guarantiæ exequendæ in cæteris speciebus ultro patet, sed in tertia, quæ personis fit, paucis evolvendus est. Non itaque Guarandi ex lege guarantiæ adstricti sunt, ut violationem Pacis statim armis vindicent, sed in genere, ut operam dent, ne quid contra pacem committatur, vel ut commissum refarciatur. Quousque ergo transigi res amica,
vel

DE COMMUNIA GUARANTIARUM.

31

vel decidi juris via potest, nondum arma & bella movere Guarandus debet, quin ne potest quidem; quia sola necessitas vim armatam defendit, quæ non est, nisi spe transigendi aut jure decidendi extincta.

§. IX. Primo igitur semper Guarando tentanda est via juris vel amicabilis compositionis. Quam in rem certa aliqua forma in ipsa Pace præscribi quandoque solet, uti in Pac. Osnabrug. art. 17. §. 6. & Monast. §. 106. præscriptum est *triennium*, intra quod si terminari lis vel transactione vel sententia non possit, *Guarandi arma cum parte lesa jungere tenentur, modo ipsis una significetur, nec amicabilem nec juris viam locum invenisse.* Et in Pace Oliv. art. 35. §. 2. conventum est, *ut omnium Guarandorum nomine Commissio generalis instituatur ad lesi confinia, intra spatium 4. mensum, quæ inter deputatos utrinque commissarios negotium discutiatur, & si possibile erit, intra 4. ad summam alios menses terminetur.* Hoc si irritum fuerit, tum demum ad arma concurritur *apud Loccen. pag. 29.*

§. X. Etsi verò pace comprehensum sit, ut milites exaurentur, tantum tamen militum retinere licet, quantum ad securitatem & guarantiam præstandam necessarium videbitur: *Pac. Monast. §. 110.* quippe quàm foederibus, munimentis, militibus, aliisque præfidiis tueri licet. *Pac. Riswic. art. 54.*

§. XI. An autem clarigatio seu belli intimatio præcedere debeat, quæstionis est: Et rectè distinguitur *Pac. Oliv. art. 35. §. 1. & 2.* ut, si citra vim armorum gravem injuriam pars alteri inferat, requiratur denunciatio belli; si verò armis utatur, illâ opus non sit. Quod legibus Naturæ quoque ita constitutum esse demon-

demonstravit Illustris ac Excellentissimus Dn. Præses, Promotor studiorum meorum maximè venerandus in Præl. ad Grot. lib. 3. cap. 3. §. 7.

§. XII. Quod si qui Guarantiam debet, eam non præstiterit, an ad restitutionem damnorum tenetur? Equidem, si ab adversario grave damnum passus fuerit, tenetur ad compellendum eum, qui læsit, ad reparationem injuriæ. Quod si ab eo pars læsa consequi suum amplius non possit, forte quod illa jam excussa, vel læsus ad transactionem adactus fuerit, & damna, quæ passus est, à Guarandis averti potuerint, tum demum hi rectè conveniri possunt: prout in simili decisum in R. 7. 1599. §. 34. atque adeo in hos inde justa belli causa est.

§. XIII. Quod tamen de transactione diximus, non aliter accipiendum est, quam si Guarandi concurrere ad transactionem noluerunt, & ideo pars læsa deteriorem Pacis conditionem retulit.

§. XIV. Hæc guarantiæ obligatio num ad hæredes transeat, dignum quæstione dubium videtur. Et primum quidem dicendum transire ea ad hæredes, sed publicos, seu successores territorii, non verò privati patrimonii. Unde in tabulis Pacis Guarandus ita promittere solet, & in *Pac. Olivienfi art. 36. apud Loccen. dict. loc.* Rex Galliæ eam promisit, *pro se ac successoribus suis, Regibus Gallia: & Rex Hispaniæ in pace Hispano-Belgica, art. 76. apud Brachel. lib. 8.* Nisi ad personam expressè restricta sit, adeoque cum persona intererat, *l. 17. §. 3. l. 21. princ. l. 25. §. 1. ff. de Pact.* Hæc vero guarantia non ideo personalis est, quod personæ nomen expressum sit, uti in *d. art. 36.* Ludovicus XIV, exprimitur: id enim intelligitur fieri denotanda

DE COMMUNIA GUARANTIARUM.

tandæ personæ cum qua contrahitur, non vero finiendi cum ea pacti gratia. l. 7. §. 8. ff. eod. tit. Quod magis valet in persona publica Regis, qui non moritur, sed successionis continuatione perennat, inprimis in Gallia, propter legem Regni, *le mort saisit le vif. de la Tiraquell. tot. tract. Le mort. &c.*

§. XV. Cæterum ex Guarantia Usurpatoris Regni legitimum Regem non teneri, juris naturalis esse non dubitamus. Cum enim is jure Princeps non sit, sed privatus, guarantiam præstare nequit *supr. §. 1.* Neque potest illa unquam convalescere, nisi nova causa legitima superveniente; v. gr. si Usurpator legitimus Rex esse incipiat. Verum expedit sæpe Reipublicæ, ne acta usurpatoris rescendantur, & forte de novo concutiatur Resp. Unde Rex prudens ultro ea rata habiturus erit, atq; ita valebunt non per se, sed ex nova voluntate Regis. Bene hac de re sensit Florus de Syllæ Tyranni actis. *Lepidus, inquit, Acta tanti viri rescindere parabat, nec NB. immerito: si tamen NB. posset sine magna clade Reipublicæ &c.* quæ & ratio est l. 3. ff. d. Off. Præt. Alia ratio videtur Actorum Oliverii Cromvelli, Usurpatoris Britannicæ. Ea enim ipsius Reip. acta intelliguntur, cujus ipse se Protectorem tantum, non Regem finxit. Verum Regis tamen rati habitio deinde & secuta, & necessaria visa fuit. Nec immerito. Etsi enim Oliverius non Regem, qui proprio jure propriaque potestate uteretur, sed reip. Britannicæ tantum Protectorem seu tutorem se gesserit, qui nudus administrator est reip. quo fit, ut non ipse, sed populus Anglicanus seu resp. per ipsum bella movisse guarantiam præstitisse, omnemq; rempublicam gessisse intelligatur; at tamen cum penes rem-

E
publi-

34 DISP. JURID. SECT. V. COMMUNIA GUARANT.
publicam Britannicam plena reip gubernatio ac po-
restas non esset, quippe quæ legitimum adhuc Regem
haberet, etsi possessione regni pulsus, necessarium
omnino ursum fuit, ut Rex recepta possessione Acta
reip. per illegitimum administratorem bello & pace
gesta, rata in primis haberet. Nam & e contrario om-
nia, quæ inde à 30. Dec. 1648. in ipso Regno autori-
tate Usurpatoris acta gesta que fuerant, casta & irrita
pronunciata fuere.

§. XVI. Superfunt modi finiendæ Guarantiæ,
qui latè adhuc exponi possent: Verum cum proli-
xior tractatus ultra metam instituti nostri sit, sum-
mam rei saltem dicemus. Sc. vel mutuo paciscentium
consensu, vel ex lege initio adjecta, vel tali mutatio-
ne paciscentis, quæ guarantiæ præstandæ inhabilem
reddit, v. gr. si ab alio armis subactus fuerit, &c. & ge-
neraliter, cum Guarantia Advocatiæ plurimum simi-
lis sit, iisdem ac illa fere modis tollitur; quos com-
pendio exhibet Magnificus Dn. Præses *in juris Publ.*
prud. cap. 26. §. 15. Et latissime Magirus *d. Advocat.*
arm. cap. 16. pet. tot. Præscriptione vero, quippe in-
ter Principes, non tollitur, nisi quæ juris naturalis
est, de qua ipsa quoque prolixior, quam pro
instituto, tractatio est.

SOLI DEO GLORIA.



ULB Halle
004 827 791

3




*Made Rückgabe an OC
Ho 13.05.08*

VD 18







DISPUTATIO JURIS GENTIUM PUBLICI XVIII.
DE

GUARANTIA PACIS,

1702/16

Quam
Divini Numinis Auspicio,
PRÆSIDE

DN. HENRICO COCCEJO,

JURECONSULTO FAMIGERATISSIMO
AUGUST. ET POTENTISS. REGIS IN BORUSSIA ET
ELECTORIS BRANDENBURG. CONSILIARIO, EIDEMQUE
AB AULÆ REGIÆ CONSIL. FACULT. JURID. ORDIN.
PROFESS. PRIMARIO CELEBERRIMO,
h. t. UNIVERSITATIS RECTORE MAGNIFICO

ANTEA
SUMMI CONSILII STATUS ELECTORALIS PALATINI ET
COLLEGII REVISORII ASSESSORE, IN ALMA HEIDELBERGENSI DECRETAL.
PANDECT. ET JURIS GENT. PROF. PUBL. ORDIN. MERITISSIMO

*Dn. Patrono & Studiorum suorum Promotore omni
Observantia ætæternum devenerando,
Publicæ Eruditorum ventilationi submittit.*

In Auditorio Jctorum,
AUTOR ET RESPONDENS
DANIEL de STEPHANI,

Eques Marchicus.

Ad Diem IV. Februar. Anno MDCCII.

FRANCOFURTI ad VIADRUM, 1703.

